



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

LXVI. De plebibus vel dioecesibus, ex Donatistarum prauitate conuersis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

LXIV.

ANNO
CHRISTI
414.

Placuit etiam, vt petant ex nomine prouinciarum omnium legati perrecturi, Vincentius & Fortunatianus, a gloriosissimis imperatoribus, vt dent facultatem defensores constituendi scholasticos, qui in actu sunt, vel in munere defensionis caufarū, vt more sacerdotum prouinciæ, iidem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis ecclesiarum, quoties necessitas flagitauerit, vel ad obsistendum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi iudicū secretaria.

Cod. Can.
cap. 97.

Placuit, vt legationem liberam habeant ad comitatum missi delecti legati.

PROTESTATIO MAVRORVM
PONTIFICVM DE PRIMOSO.

PROTESTATOS esse præterea Mauros Cæsarienses constat, Primosum per principales ciuitatis Tigauensis conuentum literis eorum fuisse, vt secundum principalia scita plenario Concilio sui præsentiam faceret: & vt oportuit, requisitus Primosus repertus non est, sicuti diaconi renuntiauerunt. Sed quia poposcerunt iidem Mauri de plenario Concilio oportere literas destinari ad venerabilem fratrem senem Innocentium, has placuit mitti, vt agnoscat requisitum Primosum in Concilio, & minime fuisse repertum.

Tigauæ seu Tigaua, ciuitas est Mauritaniz Cæsariensis.

LXV.

Placuit & illud, vt plebes, quæ nunquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex Concilio plenario vniuscuiusque prouinciæ & primatis, atque consensu eius, ad cuius diocesim eadem ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant.

Cod. Can.
cap. 98.

LXVI.

Sane vt illæ plebes, quæ conuersæ sunt a Dona-

Cod. Can.
cap. 99.

Concil. Tom. 4.

Aaaa

tistis, & habuerunt episcopos, sine dubio, inconsulto Concilio, habere mereantur: quæ autem plebes habuerunt episcopum, & eo defuncto voluerint non episcopum proprium habere, sed ad alicuius episcopi diocesim pertinere, non eis esse delegendum. Nec non & illud suggestum est, quod plebes ante legem imperatorum de vnitata latam, quicumque conuerterentur episcopi ad catholicam, ipsi eas obtinere debeant. Verum a lege vnitatis, & deinceps oporteat vniuersas ecclesias vindicare sibi episcopos catholicos eorum locorum, ad quos loca sub hæreticis pertinebant, vel conuerforum ad catholicam, vel non conuerforum hæreticorum, & diocesim, & si qua forte sunt instrumenta ecclesiæ, vel ad eius ius pertinentia. Qui vero aliqua vsurpauerunt post legem, vsurpata conuenti restituant.

LXVII.

Cod. Can.
cap. 100.

Ad suggestionem vel postulationem episcopi Maurentii, cum lecta fuisset scheda, quam obtulit episcopus Placētius, qui personam legati Numidarum gestabat, sententia eiusdem Placentii recitata est in conspectu episcoporum. Et cum quærerentur hi quos adesse voluit a diaconis pro foribus, id est, seniores a noua Germanicia, ac minime inuenirentur, secundo vel tertio requisiti, propterea censuit sanctum Concilium, vt literæ ad eundem senem Xanthippum prærogentur, quo noverit voluntati plebis memoratæ nullo modo ad iniuriam episcopi succumbendum. Maurentius episcopus dixit: Quoniam requisiti sunt seniores a noua Germanicia secundo, ac tertio, & non sunt